



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De die & hora mortis nostræ: & quòd ad eam præparari oporteat. cap.  
cxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

DOMINI IOANNI. DAMASCENI.

nem vanum & mendacem longè fac à te. Testis falsus interibit. Non es falso  
sed testis contra tuum ciuem.

*Ecls. 7.* Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

*Sap. 1.* Os quod mentitur, occidit animam.

*Zach. 8.* Iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus  
minus omnipotens.

*Dan. 13.* Confurgentes duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super  
caput eius. Quæ flens suspexit ad coelum: erat enim cor eius fiduciam habens in  
Domino. Et dixerunt presbyteri, Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa  
est hæc cum duabus pueris, & clausit ostia pomarij: & dimisit à se puellas. G  
Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porro  
nos cùm essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, &  
vidimus eos pariter commisceri. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudici-  
bus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus aeternæ, qui absconditorū es cognitor, qui nosti om-  
nia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me.

*Ecli. 7.* Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter  
facias. Noli velle mentiri omne mendacium: asseditas enim illius non est bona.

Macula mala in homine, mendacium. Ab immundo quid mundabitur? &  
à mendaci quid veri proficiscetur? Melior est fur, quam qui perpetuò iurat:  
ambo perditionem hereditabunt:

*Act. 5.* Vir quidam, nomine Ananias, cum vxore sua Sapphira vendidit agrum, &  
fraudavit de pretio conscientia vxore sua.

*1. Io. 2.* Omne mendacium ex veritate non est.

*Gal. 4.* Inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis.

*Anony-  
mi. Bas.  
Menda-  
cii extre-  
ma impro-  
bitatis li-  
nea.* Neque in forensibus concertationibus, neque in alijs actionibus aptum est mendacium  
ijs, qui rectum ac verum vitæ iter capessendum sibi proposuerunt.

*Extrema improbitatis linea est mendacium.*

*Videtur quodammodo oratio, cùm semel à veritatis curriculo deflexerit, in multas &  
periculosa absurditates præcepit ferri.*

*Prolapsio à veritate, hallucinatio & cæcitas mentis est.*

*Veritas una est: mendacium multiplex.*

*Mendacium in altum assurgit: mutua fides fugam corripuit: veritas terram reliquit:  
calumniatores falsum vendunt, in mutuam perniciem mentientes: iusserunt omne ab-  
sumptum hi, qui hoc uno nomine Deum norunt, quod iurant.*

*Falsæ opiniones atque sententiae, per innumera mendacia graffantes, unam & eandem  
doctrinæ suæ narrationem non habent.*

*De susurronibus.*

CAP. CXVIII.

*Eccl. 21.  
28.  
5.* **S**VRRICO coinquinabit animam suam: & vbiunque habitabit, odio K  
habebitur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbavit  
pacem habentes. Non appelleris susurro: & lingua tua ne capiaris,  
& confundaris.

*De die & hora mortis nostræ: & quod ad eam nos preparari oporteat.*

CAP. CXIX.

*psal. 88.  
sap.  
7.* **V**is est homo qui viuet, & non videbit mortem?  
Para ad exitum opera tua: & preparare ad agrum. Patres nostri  
& Prophetæ ubi sunt? nesciunt in æternum viuent? Vnus omnibus  
introitus ad vitam, & vnius exitus.

In om-

A In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non pec-  
cabis. Memento quia mors non tardat: & testamentū inferorum non dormiat.  
Memorare nouissima tua: & desine quenquam odīsse. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni. Et quid recusas in beneplacito Altissimi? siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est enim in inferno accusatio vitæ. In consummatione hominis reuelatio operum ipsius.

Vigilate, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos si-

miles hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis;  
B ut cùm venerit & pulsauerit, confessum aperiant ei. Beati serui illi, quos cùm ve-  
nerit Dominus, inuenierit vigilantes. Amen dico vobis, quia præcincti se, & fa-  
ciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vi-  
gilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenierit, beati sunt serui illi. Hoc au-  
tem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, &  
non sineret perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati: quia qua hora non  
putatis, filius hominis veniet.

Eum, qui vitam auspicatur, vitæ finem ob oculos habere conuenit.

Nemo te decipiat inanibus verbis. Superueniet enim tibi repentinus interitus, & sub-  
uersio tua quasi tempestas affutura est: cum videlicet vita & subsidia te deficiant: animi au-  
tem anxietas, ac solarij expers afflictio te vnde obsidebunt, desperantibus salutem tuam  
& medicis & propinquis: cum crebro ac secco anhelitu compressus, vehementi febre inter-  
nas partes inflammante atque succendente, imo quidem peccatore ingemiscens, qui autem mœ-  
roris socium tibi sese adiungat, non inuenies: ac tenui quidem aliquid & imbecillum pro-  
loqueris, qui autem audiat, non erit, verum quicquid a te proferetur, tanquam deliramen-  
tum contemnetur. Et quamvis medicus quasdam horas tibi pollicetur, tūque ipse ob eam  
vita cupiditatem, quæ natura omnibus insita est, tibi minimè diffidas, mors tamen astat,  
ijque adurgent, quibus te abducendi negotium datum est. Quis porro te liberet? Deus, à te  
contemptus, ac pro nihilo habitus? At fortasse tum preces tuas exaudiet? Nunc enim vide-  
licet cum audis. Emendationis spatum concedet? Pulchre scilicet eo ysus es, quod tibi  
concessit.

Alta nox, & morbus grauis: ac, qui opem ferat, nūquam est: qui hereditati imminet,  
in promptu, qui que omnia ad utilitatem suam admittit, strit: frustra laborat, qui consilia &  
decreta exequi studet. Postea huc atque illuc circunspectans, ac cernens qua in solitudine  
verseris, tum denique stultitiam tuam agnoscens, tum amentiam tuam deplorabis, qui diuinum  
mandatum in tale tempus reseruaris, cum & lingua dissoluta & debilitata est, &  
manus tremula, compressionibus subinde agitata: ita ut, quid voluntatis habeas; nec vo-  
ce, nec litteris significare possis.

Docet nos Dominus res necessarias minimè negligere, verum vita subsidiis mature  
E comparatis, sponsi aduentum in præparatione cordis expectare. Etenim prudentes virgines,  
vt litteris sacris proditum est, quod oleum in lampadibus suis haberent, vnde cum sponsis  
ingressis sunt: fatus autem, quod minimè sese præparassent, à latè illo thalamo exclu-  
sse sunt.

Non sedulam salutem tuam operam dabis, ô homo? Non in præsenti &uo futuri seculi re-  
quiem tibi antè recondes, in formicæ scilicet exemplum intuens, quæ astiū tempore hiber-  
num cibum sibi congerit: ac non ob eam causam, quod hiemis molestie nondum ad sint, tem-  
pus per ignauiam transmittes, verum acerrimo quodam studio ad laborem te ipsum adul-  
geris: quoad alimonie quantum sat sit, in horreis conditum habueris.

Beata anima illa est, quæ diu noctuque nihil aliud curat atq; animo versat, quām quo-  
nam pæsto in magno illo die, quo creatura omnis ad Iudicis tribunalum s̄istetur, rerum in vi-  
ta gestarum rationes reddat. Nam qui diem illum atque horam sibi ante oculos ponit, atq; assidua co-  
quidnam in illo tribunali, cui nulla impostura fieri potest, purgandi sui causa allaturus sit, s̄ideratio.

D. IOANN. DAM. PARALL. LIB. III.

Ideo pec- perpetuò meditatur, hic certè vel nulla omnino, vel certè quā minima peccata commit-  
catus,  
quia Dei  
timore ca-  
remus.

tee. Quandoquidem non alia de causa fit ut peccemus, quam quod à nobis diuinus timor  
abest. Cui autem referendarum rationum expectatio in conspectu est, huic sane in paco-  
nultas actiones aut cogitationes incidenti nihil spatiū dabit timor ille, qui in ipsius animo  
sedem sibi fixit.

**N. O-** Frustra respicit aliquis, cum extremo vita spiritu conflictetur: quo scilicet tempore,  
rat. de A. ob alterius vita tribunal suarum quisque rerum æquus iudex est.

**Orat. su-** Sapientum verbis adducor ut credam, generosam omnem Deoque charam animam,  
neb. de posteaquam corporis vinculis soluta, hinc excesserit, protinus bonum illud, quod eam ma-  
net, persentientem & contemplantem (ut potè eo, quod mentem caligine obducebat, vel  
purgato, vel abieicto, vel, quo verbo ea res appellanda sit, nescio) mirabili quadam volu-  
ptate affici, & exultare atque hac vita, velut gravi quadam carcere, fuga relæta, ex-  
cusisque compedibus, quibus animi pena deprimi solebat, hilarem ad Dominum suū con-  
solare, beatitudinēque recondita velut iam per imaginem frui.

**Orat. de** Corporis atque animæ dissolutionem, tanquam certæ libertati præstitutum diem expé-  
seipso. cta. Læto ac incundo animo ad alteram vitam migra. Vbi nec quisquam effector est, nec  
senex, verum omnes spirituali ætate perfecti.

**InTetras.** Semper saluti tu quidem stude tue:  
Potissimum autem sub diem vite ultimum.

**Inmonost.** Venit senectus: exutum præco canit.

**Iamb.** Parentur omnes: imminent iudex Deus.

**Incerti.** Vitam lucrari est, in dies cunctos mori.

**Hier. 9.** Ecquem fugit hoc Scriptura sacra enigma, cum mortem per fenestras nostras intrare  
ait? Sensus etenim, per quos animus, ad res externas prospiciens, ea quæ vult arripit, fe-  
nestras appellavit. Quas quidem morti aditum munire diuinus sermo pronunciat.

Ad molestias subeundas te para: atque earum maximam partem elucraberis.

D. IOANNIS DAMASCENI

Parallelorum finis.

H

D. Ioan.